

constet, lucem, quæ die primâ producta dicitur, fuisse corpoream, quæ sub ortu & occasu diem & noctem constiterit. Improbabile tamen non est die primô Angelos esse creatos, neque tamen pro certô id affirmari potest ob Scripturarum silentium. Dies ergò, quô conditi sunt Angeli certò sciri non potest.

§. 79 Dico probabile esse die primô Angelos esse conditos; Cum enim productus fuit homo, Angeli quidam jamtum fuerant lapsi & invidebant hominis felicitati. Probabile ergò est, jam aliquot diebus ante illos fuisse creatos. Deinde cum cœlum fuit primô die productum, probabile est, cœli incolas, Angelos scilicet esse productos, præsertim cum ad Angelorum esse & conservationem aliis rebus, quas prius creari oportuerit, non opus fuerit, sicut in creatione hominis contigerat, qui cum ad sui conservationem pluribus egerat rebus, post cæteras res conditas, quibus indigebat, conditus est. Sed hæc & alia similia utcunque probabilem reddunt opinionem hanc, certò autem & evidenter non evincunt.

FINIS.

---

### EMENDANDA.

§. 3. *hujusmodi*, voluerunt, penetrare. §. 4. *principium*.  
 §. 5. *nobilissimum*. §. 14. *Spiritus*. §. 21. *ipſi quandoq; contrectantium, suspicere*. §. 25. *repugnet, secundum*. §. 26. *qua, sit*. §. 27. *sit, accidens, illi, habent*. §. 28. *magnitudinem*. §. 30. *Cœlos, allegatis, Judaico, eos*. §. 33. *amissa*. §. 34. *intelligendi*. §. 38. *ipſam*.  
 §. 41. *necessariam*. §. 42. *Magnifici, incomparabilis, sue*. §. 45. *penitus, cognoscunt, cognoscerent, illorumq; §. 46. Sed §. 47. Quapropter, bac.* §. 49. *possint*. §. 54. *beatitudinem*. §. 55. *apparetur, eversionem*. §. 62. *producantur, manifestari*. §. 65. *moveatur*.  
 §. 66. *qualibet*. §. 69. *habent*. §. 70. *negetur, excedat*.

§(o) §